

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Lehrbuch und Chrestomathie des classischen  
Pandecten-Rechts, zu exegetischen Vorlesungen**

**Hugo, Gustav**

**Göttingen, 1790**

**VD18 9054482X**

Zehntes Buch. Von der Sklaverey.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-14807**

# Personenrecht.

## Zehntes Buch.

### Bon der Sklaveren.

§. 104.

Die Verschiedenheit der Menschen, welche den meisten Einfluß auf ihre Rechte hat, ist die, daß sie entweder Sklaven sind, oder nicht. Die Sklaveren findet sich bey allen gesitteten Völkern, und sie gibt, der Regel nach, eben die Rechte, wie das Eigenthum an andern Dingen. Indessen seitdem der Staat angefangen hat, die Willkür einzelner Bürger einzuschränken, auch in solchen Fällen, wo kein Mitbürger unmittelbar darunter litt, seitdem wird ein Herr, der seinen Sklaven körperlich mishandelt, entweder bestraft, oder wenigstens gezwungen, ihn zu verkaufen.

INST. I. 3. pr. Summa itaque diuisio de iure personarum haec est, quod omnes homines aut liberi sunt aut serui. §. 1. Et libertas quidem — est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi si quid vi aut iure prohibetur. §. 2. Seruitus autem est constitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra

R 3 naturam

naturam subiicitur. §. 3. Serui autem ex eo appellati sunt, quod Imperatores captiuos vendere, ac per hoc seruare, nec occidere solent, qui etiam mancipia dicti sunt, eo quod ab hostibus manu capiuntur.

*I. 6. fr. 1. (Cai.)* §. 1. Igitur in potestate sunt serui dominorum, quae quidem potestas iuris gentium est, nam apud omnes peraeque gentes animaduertere possumus, dominis in seruos vitae necisque potestatem fuisse; et quodcunque per seruum adquiritur, id domino adquiritur. §. 2. Sed hoc tempore nullis hominibus, qui sub imperio Romano sunt, licet supra modum, et sine causa legibus cognita, in seruos suos saeuire. Nam ex constitutione D. Antonini, qui sine causa seruum suum occiderit, non minus puniri iubetur, quam qui alienum seruum occiderit. Sed et maior asperitas dominorum eiusdem principis constitutione coercetur.

*fr. 2. (Vlp.)* Si dominus in seruos suos saeuierit, vel ad impudicitiam turpemque violationem compellat, quae sint partes praefidis ex rescripto D Pii — manifestabitur, cuius rescripti verba haec sunt: Dominorum quidem potestatem in suos seruos illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum ius suum detrahi; sed dominorum interest, ne auxilium contra saeuitiam vel famem, vel intolerabilem iniuriam de-  
negetur

negetur his, qui iuste deprecantur. Ideoque cognosce de querelis eorum, qui ex familia Iulii Sabini ad statuam confugerunt: et si vel durius habitos, quam aequum est, vel infami iniuria affectos cognoueris: veniri iube, ita ut in potestatem domini non reuertantur: qui si meae constitutioni fraudem fecerit, sciet me admissum seuerius exsecuturum. Diuus etiam Hadrianus Vmbriciam quandam matronam in quinquennium relegauit, quod ex leuissimis causis ancillas atrocissime tractasset.

XXXIX. 4. fr. 16. (*Marcian.*) §. I. — —  
Si quis — — seruus — — probabitur in commissum recidisse, et aut vxorem corruptisse domini dicatur, aut aliud quid grauius admisisse, ut cognoscat procurator, et si in his causis esse compertus sit, aestimetur, et ad poenam domino tradatur — —.

§. 105.

Ein Sklave hat zwar kein Eigenthum, indessen wird er doch in einigen Fällen so angesehen, als ob er eines hätte.

VLP. XX. 16. Seruus publicus populi Romani parte dimidia testamenti faciendi ius habet.

I. 12. fr. 1. (*Vlp*) §. 1. Seruos — sua pecunia emtos, vt manumittantur, de dominis querentes audiet.

## §. 106.

Man wird Sklave durch die Geburt von einer sklavischen Mutter, durch Gefangenschaft im Kriege, oder kraft besonderer Verordnungen, wenn ein Mensch über 20 Jahre sich hat als Sklaven verkaufen lassen, um den Käufer zu betrügen, wenn eine freye Weibsperson nicht von einem fremden Sklaven ablassen will, wenn ein Freigelassener sich undankbar beträgt, oder §. 74.

**INST. I. 3. §. 4.** Serui — aut nascuntur aut fiunt: nascuntur ex ancillis nostris, fiunt aut iure gentium, id est, ex captiuitate, aut iure ciuili, cum liber maior viginti annis, ad pretium participandum, sese venumdari passus est.

**VLP. XI. II.** Maxima capit is deminutio est, per quam et ciuitas et libertas amittitur: veluti cum incensus aliquis venierit, aut cum mulier alieno seruo se iunxerit denunciante domino, et ancilla facta fuerit ex Senatusconsulto Claudio.

**PAVL. II. 21. A. §. 1.** Si mulier ingenua ciuisque Romana vel Latina alieno se seruo coniunxerit, si quidem inuito et denunciante domino in eodem contubernio perseuerauerit, efficietur ancilla — — 6. Liberta sciente patrone alieni serui secuta contubernium, eius qui denunciauit, efficitur ancilla. 7. Liberta, si ignorante patrono seruo se alieno coniunxit,

rit, ancilla patroni efficitur, ea conditione, ne aliquando ab eo ad ciuitatem Romanam perducatur. — 9. Filiafamilias, si, inuito vel ignorante patre, seruo alieno se iunxerit, etiam post denunciationem statum suum retinet, quia facto filiorum peior conditio parentum fieri non potest. — — 11. Liberta serui, patroni contubernium secuta, etiam post denunciationem in eo statu manebit, quia domum patroni videtur deserere noluisse. — 13. Si patrona seruo liberti sui se coniunxerit, etiam denunciatione conuentam ancillam fieri non placuit. — — 15. Libera mulier contubernium eius secuta, qui plures dominos habuit, eius fit ancilla, qui prior denunciavit: nisi forte ab omnibus factum sit. 16. Si mater seruo filii se iunxerit, non tollit Senatusconsultum Claudianum cibescendam matris etiam in re turpi reverentiam. — 17. Tribus denunciationibus conuenta, etsi ex Senatusconsulto facta videatur ancilla, domino tamen adiudicata, citra auctoritatem interpositi per Praefidem decreti, non videtur: Ipse autem debet auferre, qui dare potest libertatem.

INST. III. 13. §. I. Erat et ex Senatusconsulto Claudio miserabilis per vniuersitatem adquisitio, — — quod indignum nostris temporibus esse existimantes et a nostra ciuitate deliveri, et non inseri nostris Digestis concessimus.

## §. 107.

Ein entlaufener Sklave kann überall aufgesucht werden. Wird er von der Obrigkeit entdeckt, und sein Herr meldet sich nicht, so wird er confisckt.

**PAVL. I. 6. A. 1.** Seruus a fugitiuario comparatus, intra deceim annos manumitti, contra prioris domini voluntatem, non potest. — 5. Fugitiui in fundis fiscalibus quaeri et comprehendendi possunt. 6. Fugitiui, qui a domino non agnoscuntur, per officium praefecti vigilum distrahuntur. 7. Intra triennium venditionis agniti fugitiui emtor pretium a fisco recipere potest.

## §. 108.

Ein Herr verliert seine Rechte über den Sklaven durch jede Willensäußerung, daß er sie aufgebe, diese mag unter Lebendigen, oder in einem letzten Willen geschehen, der Herr mag das Römische Eigenthum an ihm haben, oder nicht, und selbst wenn einem Andern der vsusfructus an dem Sklaven zusteht, kann der Herr seine eigenen, nur nicht die Rechte des vsufructuarius aufgeben. Doch ist alles dieses mit den Einschränkungen zu verstehen, welche sich theils aus der Analogie aller Willensäußerungen, oder der letzten Willen insbesondere, theils aus eigenen Volksschlüssen ergeben.

FRAGM.

FRAGM. REG. DOSITH. 6. Primum ergo videamus, quale est quod dicitur, eos, qui inter amicos manumittebantur, non esse liberos, sed domini voluntate in libertate morari, et tantum seruendi metu dimitti. Antea enim una libertas erat, — hi autem, qui domini voluntate in libertate erant, manebant serui, et manumissiores audebant in seruitutem denuo eos per vim ducere. Interueniebat Praetor, et non permittebat manumissum seruire. 7. Omnia tamen tanquam seruus acquirebat manumissori, vel si quid stipulabatur, vel si per scripturam acceperat, vel ex quacunque causa alia adquisierat, domini hoc faciebat, hoc est, manumissi ad patronum pertinebat. 8. Sed nunc habent propriam libertatem, qui inter amicos manumittuntur. (VLP. I. 10. Hodie autem ipso iure liberi sunt — — inter amicos manumissi.) — — 9. — — Voluntas domini spectatur — — Vnde si per vim coactus — — manumiserit, non veniet seruus ad libertatem; quia non intelligitur voluisse, qui coactus manumisit — —.

VLP. I. 16. Qui tantum in bonis non etiam ex iure Quiritium seruum habet, manumittendo Latinum facit. — — 17. Mulier, quae in tutela est, item pupillus et pupilla, manumittere non possunt. 18. Communem seruum unus ex dominis manumittendo, partem suam amittit — —. 19. Seruus, in quo alterius est usus, fructus,

fructus, alterius proprietas, a proprietatis domino manumissus, liber non fit, sed seruus sine domino est. — 12. Eadem lege (in der Aelia Sentia) cautum est, ut minor triginta annorum seruus, vindicta manumissus, ciuis Romanus non fiat, nisi apud consilium causa probata fuerit: ideo sine consilio manumissum seruum manere putat. Testamento vero manumissum perinde haberi iubet, atque si domini voluntate in libertate esset — —. 13. Eadem lex cum dominum, qui minor viginti annorum est, prohibet seruum manumittere, praeterquam si causam apud consilium probauerit. — — 14. Ab eo domino, qui soluendo non est, seruus testamento liber esse iussus, et heres institutus, — — ciuis Romanus et heres fit: si tamen aliis ex eo testamento nemo heres fit — — quod et ipsum lex Aelia Sentia facit. 15. Eadem lex in fraudem creditoris et patroni manumittere prohibet. — — 20. Post mortem heredis, aut ante institutionem heredis, testamento libertas dari non potest, excepto testamento militis. 21. Inter medias heredum institutiones libertas data, vtrisque adeuntibus non valet: solo autem priore adeunte, iure antiquo valet. Sed post legem Papiam Poppaeam, quae partem non adeuntis caducam facit, si quidem primus heres vel ius antiquum habeat, valere eam posse placuit. Quod si non habeat, non valere constat, quod loco non adeuntis ea lege aerarium

aerarium partis heres fiat. Sunt tamen, qui et hoc casu valere eam posse dicunt. 22. Qui testamento liber esse iussus est, mox quam vnum ex heredibus adierit hereditatem, liber fit. 23. Iusta libertas testamento potest dari his seruis, qui testamenti faciendi et mortis tempore ex iure Quiritium testatoris fuerunt. 24. Lex Furia Caninia iubet testamento ex tribus seruis non plures quam duos manumitti: et vsque ad decem, dimidiā partem manumittere concedit: a decimo vsque ad triginta, tertiam partem, vt tamen adhuc quinque manumittere liceat, aequē vt ex priori numero: a triginta vsque ad centum, quartam partem, aequē vt decem ex priori numero liberari possint: a centum vsque ad quingentos, partem quintam, similiter vt ex antecedenti numero, viginti quinque possint fieri liberi. Eademque praecipit, ne plures omnino quam centum ex cuiusquam testamento liberi fiant. 25. Eadem lex cauet, vt libertates seruis testamento nominatim dentur.

VLP. II. 7. Libertas et directo potest dari hoc modo: LIBER ESTO, LIBER SIT, LIBERVM ESSE IVBEO: et per fideicommissum vt puta: ROGO, FIDEI COMMITTO HEREDIS MEI, VT STICHVM SERVVM MANVMITTAT. 8. Is qui directo liber esse iussus est, orcinus fit libertus: is autem, cui per fideicommissum data est libertas, non testatoris sed manumissoris fit libertus. 9. Cuius fidei committi potest ad rem

rem aliquam praestandam, eiusdem etiam libertas fidei committi potest. 10. Per fideicommissum libertas dari potest tam proprio seruo testatoris, quam heredis, aut legatarii, vel cuiuslibet extranei seruo. 11. Alieno seruo per fideicommissum data libertate, si dominus eum iusto pretio non vendat, extinguitur libertas, quoniam nec pretii computatio pro libertate fieri potest. 12. Libertas sicut dari, ita et adimi tam testamento, quam codicillis testamento confirmatis potest: ut tamen eodem modo adimatur, quo et data est.

§. 109.

Eine eigene Classe von Sklaven machen diejenigen aus, deren Freyheit noch von einer Bedingung abhangt (statu liberi). Solche sind diejenigen, welchen ihr Herr die Freyheit im Testamente auf diese Art gegeben hat. Der Regel nach sind sie den übrigen Sklaven gleich, indessen leidet dieses Ausnahmen, und wenn die Bedingung eintritt, werden sie frey, sie mögen bei welchem Herrn seyn, als sie wollen.

VLP. II. 1. Qui sub conditione testamento liber esse iussus est, statu liber appellatur. 2. Statu liber, quamdiu pendet conditio, seruus heredis est. 3. Statu liber seu alienetur ab herede, siue vsucapiatur ab aliquo, libertatis conditionem secum trahit. 3. Sub hac conditione liber esse iussus, si deceni millia heredi dederit,

rit, et si ab herede abalienatus sit, emptori dando pecuniam, ad libertatem perueniet: idque lex duodecim tabularum iubet. 5. Si per heredem factum sit, quo minus statu liber conditioni pareat, perinde fit liber, atque si conditio expleta fuisset. 6. Extraneo pecuniam dare iussus, et liber esse, si paratus fit dare, et is, cui iussus est dare, aut nolit accipere, aut antequam acceperit moriatur, perinde fit liber, ac si pecuniam dedisset.

*XL. 7. fr. 1. (Paul.) §. 1.* Fiunt statu liberi — vi ipsa, cum creditoris fraudandi causa manumittuntur: nam dum incertum est, an creditor iure suo vtatur, interim statu liberi sunt — —.

*fr. 6. (Vlp.) §. 7. — —* Sciendum est, easdem conditiones ad emptorem transire, quae sunt in dando, caeterum quae sunt in faciendo non transeunt.

*fr. 9. (Vlp.)* Statu liberum medio tempore seruum heredis esse nemo est, qui ignorare debat: ea propter noxae dedi poterit: sed deditus sperare adhuc libertatem poterit: nec enim deditio spem illi adimit libertatis.

*fr. 16. (Vlp.)* Statu libera quidquid peperit, hoc seruum heridis est.

*fr. 29. (Pomp.)* — — in publicis quoque iudiciis easdem poenas patiuntur, quas caeteri serui — —.

*XLVIII.*

*XLVIII. 18. fr. 9. (Marcian.)* §. i. Sed nec de statu libero in pecuniariis causis quaestio habenda est, nisi deficiente conditione.

## §. 110.

Zuweilen wird ein Sclave frey, ohne daß sein Herr es will, besonders in dem Falle, wenn der Herr ihn nach einer Verabredung beim Kause freylassen soll, oder wenn eine Sla-vinn gegen die Verabredung zur öffentlichen Hure gemacht wird.

*XL. 8. fr. 2. (Mod.)* Seruo, quem pro dero-  
licto dominus ob grauem infirmitatem habuit,  
ex edicto D. Claudii competit libertas.

*fr. 5. (Marcian.)* Qui ob necem detectam  
domini praemium libertatis consequitur, fit or-  
cinus libertus.

*fr. 4. (Vlp.)* Ei, qui hac lege emptus sit, ut  
a viuo emptore manumittatur, statim mortuo  
eo competit libertas.

*fr. 6. (Marcian.)* §. i. Tantundem dicen-  
dum est, et si lege hac emerit ne prostituatur,  
et prostituerit.

## §. III.

Derjenige, welcher einen Sclaven frey ge-  
lassen hat, heißt sein Patron, und hat allerley  
Rechte gegen ihn, in Criminalsachen, in der  
Zutel,

Zutel, in der Lehre vom Concubinat, und besonders in der Erbsfolge. Einige dieser Rechte gehen nach dem Tode des Patrons auch auf seine Kinder über, und er kann sie einem von diesen allein zuwenden. Die Rechte des Patrons können noch durch besondere Versprechungen gewisser Dienste vermehrt werden.

*XXXVIII. 4. fr. 1. (Vlp.) Senatusconsulto*  
— — cauetur: Si QVI DVOS PLVRESVE LIBEROS IVSTIS NVPTIIS QVAESITOS IN PO-  
TESTATE HABERET, DE LIBERTO LIBERTAVE  
SVA SIGNIFICASSET, CVIVS EX LIBERIS SVIS  
EVM LIBERTVM, EAMVE LIBERTAM ESSE  
VELLET, IS EAVE QVANDOQVE IS, QVI EVM  
EAMVE MANVMISIT, INTER VIVOS VEL TE-  
STAMENTO, IN CIVITATE ESSE DESISSET,  
SOLVS EI PATRONVS SOLAVE PATRONA  
ESSET, PERINDE ATQVE SI AB FO EAVE  
LIBERTATEM CONSECVTVS CONSECVTAVE  
EST. VTIQVE SI EX LIBERIS QVIS IN CIVI-  
TATE ESSE DESISSET, NEQVE EI LIBERI VLLI  
ESSENT, CAETERIS EIVS LIBERIS, QVI MA-  
NVISIT, PERINDE OMNIA IVRA SERVEN-  
TVR, AC SI NIHIL DE EO LIBERTO, EAVE  
LIBERTA IS PARENTS SIGNIFICASSET.

*fr. 8. (Mod.)* Liberi patroni, quanquam et ipsi in plerisque causis manumissoris iure cen-  
sentur, tamen paternum libertum liberis suis  
adsignare non poterunt — —.

{

*XXXVIII.*

*XXXVIII. 1. fr. 2. (Vlp.)* §. 2. — Praetor pollicetur, se iudicium operarum daturum in libertos et libertas.

*fr. 7. (Vlp.)* Ut iurisiurandi obligatio contrahatur, libertum esse oportet qui iuret, et libertatis causa iurare — — —. §. 2. Iurare autem debet post manumissionem ut obligetur — — —. §. 3. Iurare autem debet operas, donum, munus se praestaturum.

*fr. 48. (Hermog.)* Sicut patronus ita etiam patroni filius — — qui libertae nuptiis consensit, operarum exactio amittit: nam haec, cuius matrimonio consensit, in officio mariti esse debet — — . §. 2. Patronae, item filiae — — patroni, quae libertae nuptiis consensit, operarum exactio non denegatur: quia his nec ab ea, quae nupta est, indecora praestantur.

*fr. 37. (Paul)* QVI LIBERTINVS DVOS PLVRRESVE A SE GENITOS NATASVE IN SVA PO TESTATE HABEBIT — — NE QVIS EORVM OPERAS, DONI, MVNERIS ALIVDVE QVID QVAM LIBERTATIS CAVSA PATRONO — — DE QVIBVS IVRAVERIT VEL PROMISERIT OBLIGATVSVE ERIT, DARE, FACERE, PRAESTARE DERETO — — .

*PAVL. II. 32. §. 1.* Egentem patronum liber tus, obligatione doni munieris et operarum solutus, alere cogendus est, pro modo facultatum suarum.

*XXXVIII.*

*XXXVIII.* i. fr. 6. (*Vlp.*) *Fabriles operaे caeteraeque, quae quasi in pecuniae præstatione consistunt, ad heredem transeunt, officiales vero non transeunt.*

§. 112.

Ohne Freylässung wird man einem Freygelassenen gleich nach dem SC. Claudianum, wenn der Herr des Sklaven einwilligt.

TAC. *Ann. XII.* 53. (nach der bessern Lesart)  
— — statuitur, vt ignaro domino ad id prolapso, in seruitute: si*n* consensisset, pro liberta haberetur.

PAVL. *IV.* 10. §. 2. —. *Ancillam, vel libera tam ex Senatusconsulto Claudiano effectam* —.

§. 113.

Ein Freygelassener hat auch ohne Rücksicht auf seinen Patron in vielen Stücken weniger Rechte, als ein Freygebohrner, ausgenommen wenn er vom August das ius aureorum annulorum erlangt hat. An seinem Verhältnisse zum Patrone ändert dieses aber nichts. Hingegen wen der August für einen ingenuus erklärt (natalibus restituit) der hat keinen Patron mehr. War er aber nicht wirklich freygebohren, so geschieht dies nur mit Einwilligung des Patrons.

*XL.* 10. fr. 6. (*Vlp.*) *Libertinus, si ius annulorum impetraverit, quamvis iura ingenui-*

tatis saluo iure patroni nactus sit, tamen ingenuus intelligitur — —.

**INST. I. 4. pr.** Ingenuus est is, qui statim vt natus est, liber est — — Sufficit autem liberam fuisse matrem eo tempore, quo nascitur, licet ancilla conceperit. Et e contrario si libera conceperit, deinde ancilla facta pariat, placuit eum, qui nascitur, liberum nasci — —. **§. 1.** Cum autem ingenuus aliquis natus sit; non officit ei in seruitute fuisse et postea manumissum esse, saepissime enim constitutum est, natalibus non officere manumissionem. **I. 5. pr.** Libertini sunt, qui ex iusta seruitute manumisssi sunt — —.

**XL. II. fr. 1. (Vlp.)** A Principe natalibus suis restitutum eum, qui se ingenuum Principi adfirmavit, si ex ancilla natus est, nihil videatur impetrasse.

**fr. 2. (Marcian.)** Interdum et serui nati — ingenui fiunt, vt ecce si libertinus a Principe natalibus suis restitutus fuerit. Illis enim utique natalibus restituitur, in quibus initio omnes homines fuerunt, non in quibus ipse nascitur — .

**fr. 5. (Mod.)** Patrono consentiente debet libertus ab Imperatore natalibus restitu: ius enim patroni hoc impetrato amittitur — —.

**XL. 16. fr. 1. (Cai.)** Ne quorundam dominorum erga seruos nimia indulgentia inquinaret

ret amplissimum ordinem, eo quod paterentur, seruos suos in ingenuitatem proclamare, liberosque iudicari, Senatusconsultum factum est, — — quo cautum est: Ut si quis probasset per collusionem quidquam factum, si iste homo seruus sit, fieret eius seruus, qui detexisset collusionem.

*fr. 2. (Vlp.)* Collusionem detegere ingenuitatis post sententiam intra quinquennium posse D. Marcus constituit — —.

---

Elftes Buch.  
Vom Römischen Bürgerrechte.

§. 114.

**E**in anderer Unterschied, der sich fast durch das ganze Rechtssystem erstreckt, ist der zwischen Römern (*civis*) und Nicht-Römern (*peregrinus*). Um durch die Geburt ein Römer zu werden, müssen beyde Eltern es seyn. Wer kein geborner Römer ist, kann durch eine Gnade des Augusts Römer werden (§. 11.), und dagegen kommen oft locale Bestimmungen vor; oder er muß ein aus der Sklaverey Freigelassener seyn.

*PLIN. X. Ep. 22.* Ago gratias, domine, quod  
— — ciuitatem Romanam Harpocrati — —  
indul-